

www.e-rara.ch

**Introductioes Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,
Naturas planetarum**

Indagine, Johannes ab

[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

[Widmungsbrief]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

OTHONI Brunfelsio, sacerdoti uere christiano, Ioannes


Indagine parochus in Steynheim S. D.


NIALIVNDE perspecta mihi esset integritas tua, opinarer te assentari mihi, qui sic mihi applaudis, ac cōgratularis. Neq; em̄ ego talis sum, qualē tu me existimas: neq; prestare possum quod tu de me tibi pollice-
ris. Si quidē in suo esset flore Astrologia, atq; honos esset Mathematicę; possem quidē iactare parū me: uerū ea iam tota intercidit. Quod uero lucubratiunculas meas sic p̄bas, nescio si faceres, ubi rescueris quo angore coactus sim has edere. Non omnino inficior, animū mihi fuisse instaurare scientiā iam abolitā, sed fere maior fuit aliunde me premens anxietas. Leuandus igit̄ animus utcūq; fuit. Nō uidebā aut̄, quo id solatio p̄mptius facerē, q̄ q̄ fere a puero me oblectauī. nempe Astrologia, & scia astrorū. Animi oblectatio, & iminens calamitas, stimulū mihi impegerunt ut scriberē. Existimo autē rem ipsam notā esse tibi, & notiorē q̄ ut multis debeā obtundere te. q̄n̄ plerisq; tragcedijs ipse interfuisti. Sed placet hęc paululū refricare. Primū nosti, quali in precio apud Principes semp̄ fuerim, quantū in illorū aulis insumpserim gr̄is; annis fere duo de uiginti, p̄terea ecclesię meę quomodo p̄æsuerim speculator annis non minus triginta quatuor: post tot erumnas, tot molestias aulę, tot sudores, & anxias sollicitudines pro grege Christi, putabam p̄mij nō nihil mihi deberi, atq; in uouissimo requiē. Iam eo uideo, p̄mouisse omnē meā operam, ut nō solū in officijs principum delusum uideam me, uerū etiā curis meis ingentibus & uaximis, nō multū reportasse gratię. Quāq; me non usq; adeo p̄cēniteat, si diuitē me nō fecerūt aulę, uicissim tamē aliqd̄ p̄stiterūt qd̄ desyderare nolim pro diuitijs. Et mathematica si nō locupletauit, nō obfuit etiā. Si quid me cū patiunt̄ inopię literę ipse, id cum multis mihi familiare est. Sciētię hac tempestate genuinū est, ut diuitē faciant neminē. Sacerdotum insolentię me magis pudet ac piget. Semel accersita inopia, pelli atq; sarciri utcūq; potest: corrupta hoīm ingenia, & pueri mores, nisi Chr̄s uelit, refingi adeo nō p̄nt. Atq; pulcre iam illud in me cuditur p̄uerbiū, E calcaria in carbonariā. Stultus ego, qui in p̄latiōe q̄rebam requiē. P̄stiterat, primā calamitatē ptulisse, q̄ malū adglomerasse malo. Nunc ictus sapio. Sed hęc quis sperasset ex sacerdotibus? Non omnino male sequit̄ in nos uulgus. Nostra culpa est. q̄n̄ sic uiuimus, ut uitia nostra flagitia excedant ganeonū & lurconū. Quis nō merito oderit nos? Sed q̄ hoc sciuissem, regnare hoc malū in ijs qui magno titulo canonicos se uendicant, id est regulares? Quis existimasset, tā amplo nomini, tā crassam & supinā negligentia, tam affectatā rabiem, mores tam omnibus modis sceleratissimos fuisse p̄sentes, q̄ nō sacerdotes decent, sed nebulones. Decanus esse debueram, ut scis, atqui minus censeor q̄ asinus egyptia

cus. Hæc ferunt nobis hæc tpa. Regnare uolunt omnes, subesse nemo. Hoc habent, q̄ potissimū suā ppugnant peruicaciā, Lutherianū esse me. Nam apud hos, qui uitia insectat, qui Christi negotiū agit, hic Lutherianus est, atq; uelut magno probro illi uertit hoc nomē. Nomen ip̄m, tam & si cū Paulo nō agnoscam, tamē si sectari ueritatē & iustitiā, corripere uitia, est esse Lutherianū, non admodū illius me pudet. De doctrina uero, quid attinet in ius uocare me, qui hanc nō p̄fiteor: & si p̄fiteor, ut Christi doctrinā profiteor, cum qua si non cōuenit, minime omnīū agnosco. Sed utrū cōueniat, uel nō, neq; mea q̄q; puto referre multū. Neq; em̄ si damnem hanc ip̄se, improbata est: neq; si probaui, ideo recepta protinus est. Mirū, quod nō aliud nomē indiderunt magis odiosum. Nā illud iam receptū uidemus ab uulgo, ab doctis omnibus, ab magnatibus om̄ibus, neq; aliud est quod hodie uel audiat, uel tractet honorificentius, & quo ab illis peius audit Lutherus, hoc ab christianis pene omnibus magis ac magis p̄batur. At a me quidē lectus est Lutherus. Non docet male uiuere, neq; docet malefacere. Sed sinamus etiā apud hos hæreticum esse, qd̄ illud ad me spectat qui meū hic munus ago, quod ante mihi incumbebat q̄ unq̄ scriberet Lutherus. Plurimū me hic solat, qd̄ ea fortuna mihi tecū cōmunis est. Quod tibi pariunt muse tuę, & labor ille indefessus, cōtra ueritatis impugnatores, id mihi cōciliat munus dominationis. Quis ergo p̄ Decano hodie nō subulcus esse uelit. Atqui diuertere amplius mihi nō licet. Vbi ad parochiā me cōfero (magno hoc cū luctu refero.) quosdā inuenio prostitute famę, auaros, inuidos, ir̄ doctos, adulteros, temulentos. Ad collegiū me recipio, nō tam illis equales q̄ malitia excedentes. Sed quid opus est, ut Satyrā tibi scribā: qn̄ rem omnem tū pensiculatius nosti. Tamē pro epistola tua, licebat mihi purgare me. Tu mihi gratularis, qn̄ dolere potius mecū debueras. Videbam nullū tutius refugium, q̄ ad Christū, & ad literas, atq; ea causa fuit, cur scriberē: Si p̄bas igit̄ institutū, habes quid me coegerit. Sin adularis mihi, fatis est, quod nulla me angit cōscientia mala. Id quoq; quod tantopere postulas, reddā ubi uita fuerit comes. quod uideā, nullibi mihi repositā maiorem tranquillitatē q̄ in literis. Necdū omnia uidisti. Tu qui eodē polles ingenio, eadē scientia, fac & te q̄q; uirū exhibeas, id me q̄q; efflagitatum abs te scito, atq; ut facias iterū te atq; iterū adiuro. Futurū spero, ut mutuo aliq̄n in literis deliciemur, ubi quorundā deferbuerit bilis, quę nunc feruet. Habenda ratio est temporis. Interim in persecutionibus tuis, p̄ Christo ipse temet solare scripturis quas nosti. Vale ex parochia n̄ra Steynheim kalēn. Iulij. Anno. 1522.

ARMA IOANNIS
INDAGINE.







1766.